

trit, & fouet. Et quia Christus hic conten-  
tus realiter per suā passionem hic re prese-  
natam aperuit nobis aditum vitę æternę, iux-  
ta illud ad Habr.9. Ut morte sua intercedē-  
te, qui vocati sunt, accipiāt re promissiōnem  
æternæ b̄creditatis. In cuius gratiam informa  
huius Sacramēti dicitur, Hic est calix sanguī-  
nis mei, noui, & æterni testamenti. Deinde,  
quia refectio spiritualis, & unitas, quam sig-  
nant species Sacramentales, habetur in præ-  
senti imperfecte: per se & tē autem in statu glo-  
riæ, iuxta illud Diui Augustini loquentis  
de cibo isto, super illud Ioannis. 6. vbi ait,  
quod cibus & potus iste eos, à quibus sumi-  
tur immortales & incorruptibiles facit in-  
societate sanctorum. Ideoquē viaticum dici-  
tur, quia licet non statim nos in gloriam in-  
troducat: tamen confert nobis virtutem per-  
ueniendi ad gloriam. In cuius figuram. He-  
lias in fortitudine cibi illius à se sumptu-  
dicitur, ambulasse. 40. diebus &. 40. nocti-  
bus, ysq; ad montem Dei Oreb. Nequē obstat  
quod multi accipiunt hoc Sacramentum, qui  
nunquam perueniēt ad gloriam. Quia sicut  
passio Christi non habet suum effectum in-  
bis, qui se ad eam non habent, ut debent, ita

per